

AB

Viro Excellentissimo atque Amplissimo,

CHRISTIANO RUSO,

Eloquentiae Professori eruditissimo atque
disertissimo

Carolus Andreas Hel, P. P.

Ego vero, mi Optime amicissimeque RUSO, istam Tuam in me benevolentiam, quam humanissimae disertissimaeque Litterae tuae me docuerunt, nisi maxime faciam, Teque orem, eam ut mihi perpetuam serves, nauci homo sum. Etri enim facile intelligo, nihil esse in me, praeter amorem litterarum, quod Tuam in me prolixissimam voluntatem excitaverit: tamen, fateor enim, videri mihi sum esse aliquid, lecta tua Epistola. Hoc igitur tuo in me liberali animo ita utar, ut non videaris in posterum, quemadmodum fecisti nunc, amicitiae plus, in me laudando, quam veritati tribuisse. De meo in te animo ita existima, renitai me, in te colendo atque amando, habes enim in te cur amari, unquam cessurum; neque futurum quidquam, quod, vel monitus a te, tui causa non fecerim, si forte, ut possim, accidat. Igitur, elegantissimae Orationis tuae, quam cupide legi, propediem leges in Novis litterariis nostris recensione; omnium itera tuarum rerum, quas ad me in posterum daturus es. Quod, autem Eruditorum Actorum Collectionibus, collegam te accessurum polliceris, id certo me dudum vehementer cupivisse; neque posse Eruditorum Actorum quidquam vel honorificentius acci- dere, vel exoptatius. Igitur, propediem ad te mittam libros nonnullos, eius argumenti, quale

VIRI DOCTISSIMI ERNESTII HERRMANNI
LIPSIENSIS
LITTERARUM

Tu quidem desideras; nunc, quia sunt in bibliopoei manibus, non licet. Mitto tamen nugas meas, in quibus est de Vera Epocha Hunor. Avar. Hungaror. in Pannonia Commentatio; quam si recessere per otium volueris, ut Actus Eruditorum inferatur, beneficium interpretabor. Certe mihi videat detexisse quaedam, ignota adhuc; nisi forte amor foetus mei me decipit. In ipsa autem recensione, nominabis me Collegam, atque ita temperabis laudes, si tamen aliquis merui ut ne videar Actorum fama velle ad me ornandum abuti, qui sum inde a morte Menkenii, Actorum director. Sed tu facies, ut videbitur, ut libet: neque enim venire a te, nisi quod elegans sit, et scriptum Κοινῶς καὶ Λογίως, potest. Jam de Miscellaneis Lipsiensibus. Sotus certum est, non consuluisse Menkenium famae suae, quando, quidquid acciperet selectarum, id omne Miscellaneis inferuit, quae non erant habitura entores, nisi fuissent in titulo decepti, qui Collectores Actor. Eruditor. auctores qui-quiliarum illarum prodit. Quod certe non est ita; exceptis duobus, vel tribus. Jam in eo sumus, ut selecta quaedam, ex hisce rior, aut quietate, litterisque elegantioribus, conquiramus, complendo Volumini X. quod sequentur, ita enim constitimus, plura; eorumque delecta, ut, quae non sint a Viris probatae doctrinae, super argumento probabili, scripta, ea omnia deprecemur, recedenda Auctoribus suis. Igitur, noli metuae Viri Celeberrime, nunquam eventurum, ut aliquid Miscellaneis impostum inferatur, Collectoribus Actorum indignum. Hoc tibi solennibus formulis sperdeo, teque oro, ut hoc institutum nostrum, etiam tuis lucubrationibus ornas, quod grati profitebimur. Programmatibus tribus, simul edendis, quorum praebitorem; si non sit, qui velit junctura facere, inferam Miscellaneis, sed non ante, quam fuerit a te, quo modo id fieri debeat, monitus. Ernestius multam tibi salutem. Adhuc ille Ordinariam Theol. profess. adire deest, nisi, Eloquendae publicae docendae spartam, retineat. Sota in consilium venit Wernsdorfius Vester, putatque eventurum, ut ad nos Theologus redeat; de quo ego tamen vehementer dubito. Haec tibi in aurem. Jam Vale, Viri Eruditissime, et me ama. Scrib. Lipsiae Kal. Jun. MDCCCXVII.